


**Dissertationem Theologico-Philologicam, De Spiritu Sancto Gloriam Templi
Secundi praesentia sua aucturo : ad illustrandum oraculum Hagg. II. 8, 9, 10.
Adspirante divini Flaminis aura**

Bremae: Typis Hermanni Christophori Jani, 1724

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873753151>


Druck Freier  Zugang





93

Fa 1092 (93.)



DISSERTATIONEM THEOLOGICO-
PHILOLOGICAM,
DE

**SPIRITU SANCTO
GLORIAM
TEMPLI SECUNDI**

praesentiâ suâ aucturo,

ad illustrandum oraculum

HAGG. II. 8, 9, 10.

Adspirante divini Flaminis aurâ,

PRAESES

THEODORUS HASAEUS,

S. T. D. & Prof. P. O. & coetus ad D. Vir-
ginis Pastor,

& RESPONDENS

SAMUEL SCHULTZ,

Cappellis-Tecklenburgensis,

amicae Commilitonum *ou ZHTHOI*

Futuro die *Jovis* a. d. XIX. Kal. *Januarias* A. MDCCXXV.
excutiendam sistunt

H. L. Q. S.

BREMAE,

Typis HERMANNI CHRISTOPHORI JANI, Illustr. Gymna-
sii Typographi, 1724.

*Man R. cel.
m. a.*

VIRIS

*Celeberrimis, Gravissimis, omni Eruditionis Genere longè Decoratissimis,
Experientissimo, nec non Reverendis admodum Dominis,*

Dno THEODORO HASAEO, S. S. Theol. Doct. ejusdemque
Professori Clarissimo, ad Divae Virginis Sacrarum Scriptura-
rum Interpreti Disertissimo & Felicissimo, Theologo & Poly-
histori Admirabili, ut & *Regiae Prussiacae SCIENTIARUM Societatis*
Membro dignissimo.

Dno CONRADO JKENIO, S. S. Theol. Doct. ejusdemque Pro-
fessori Celeberrimo, ut & apud Stephanienses Pastori Prima-
rio facundissimo & fidelissimo, Theologo consummatissimo,
nec non h. t. Venerandi Ministerii *Bremensis* Directori.

Dno FRID. CASIM. TILEMAN dicto SCHENCK, Medicinae
Doctore Experientissimo, nec non Practico felicissimo.

Dno JOH. GERH. PHIL. SCHULTZ, in Ecclesiâ, quae Jesu
Christo *Cappellis* colligitur, V. D. Ministro Primario & Disertis-
simo, nec non Rerum Ecclesiasticarum in Comitatu *Tecklenbur-*
gensis Inspectori Gravissimo, Patri suo omni Amore Excipiundo
Obsequio & Observantiâ filiali.

Ut &

*Viris Spectatissimis, nec non Maxumae Existimationis Dominis, No-
bilissimi Collegii Seniorum Membris Dignissimis,
Magnariisque famigeratissimis,*

Dno MARTINO MARTENS,

Dno LUDERO TIDEMANNO, Hospiti suo Munificentissimo.

Nec non

Viris Conspicuae parisque Pietatis atque Integritatis,

Dno HERMANNŌ DEETKEN,

in aede Martiniâ Diacono Vigilantissimo.

Dno JOH. BERNH. MULHAUSEN,

Dno ARNOLDO DENEKEN,

Dno JOHANNI MEYBŌHM,

in aede Stephaniens. Diacono Vigilantissimo.

Dno HERMANNŌ KRIEGE, Conterran.

Mercatoribus apud *Bremenses* Floren-
tissimis Dexterrimisque.

Maecenatibus, Fautoribus & Evergetis Benevolentissimis,

nec non

Omni honore & Observantiâ Colendis.

hasce Studiorum suorum primitias, ea, quâ decet,

animi submissione Cultu & Obsequio

Dedicat & Inscribit

Respondens.

De
Gloriâ templo secundo per SPIRITUS S.
in eo apparitionem accessurâ
ad locum HAGG. II. 5 sqq.

DISSERTATIONIS

Συνοψις.

Multi illustrando huic vaticinio operam suam impenderunt, qui recensentur §. 1. Non solum adventus Messiae, sed & SPIRITUS S. annunciat §. 2. Argumentum *primum* (A) à *scopo*, qui duplex est §. 3. *Secundum* (B) ab *antecedentibus* & *nexu* §. 4, 5. *Tertium* (C) ex *phrasibus*, earumque vi; Quae enim de GLORIA dicuntur respiciunt columnam N. & J. quae כבוד dicitur, quod probatur ex locis V. & N. T. (Pl. LXXXIV. 12 illustratur) §. 6. & Judaeorum testimoniis, quibus כבוד & Schechina idem est §. 7. Unde & iidem h. l. de Schechina explicant §. 8. Idem patet ex phrasi PLENITUDINIS *gloriae*. §. 9. Locus Es. VI. 1. illuminatur. §. 10. Schechina autem illa quoque symbolum erat SPIRITUS S. §. 11. Quod probatur (a) ex V. Test. Loca Es. VI. 1. IV. 4. §. 12. Ex (b) N. T. Locis 1. Cor. III. 16. VI. 19. Rom. VIII. 11. lux accenditur. §. 13. Inprimis loco 1. Petr. IV. 14. *Quies* tribuitur Sp. S. §. 14. Ex (c) testimonio Judaeorum. §. 15, 16. *Quartum* (D) ex *analogia* totius loci, quae requirit, ut compensatio eorum, quae in altera aede defuerunt, indicetur. §. 17. Inter ea fuit Spiritus S. §. 18. Judaei recensent eorum quinque. S. 19. Alii *decem*. Quibus acceditur. Eorum dimidia pars fuit imago rerum ad Christum pertinentium. §. 20. Reliqua autem ad Spiritum S. pertinent. Quod ostenditur de מן §. 21. De *igne* coelesti, tabulis legis, oleo S. & Schechina. §. 22. Unde conficitur; si gloria templi II. anteire debuit laudem prioris, Spir. S. mentionem non debuisse negligi. §. 23. *Quintum* (E), quod tum ταυτολογία evitatur. §. 24. *Sextum* (F) ex consequentibus, quibus *pax* promittitur, donum Spir. S. §. 25. *Septimum* (G) ex accurato *implemento*, quod ostenditur ex historia effusionis Spir. S. Act. II. 1. sqq. §. 26, 27, 28. & Act. IV. 31, 32. §. 29. Ex his fit generalis conclusio. §. 30. Instituitur septuplex παραλληλία cum Mal. III. 1. §. 31.

§. I.

Veluti inter minores stellas luna, ita inter oracula V. T. quae adventum Messiae ejusque characterem temporis annunciarunt, illud emicat, quod apud divinum Vatem Haggaeum, capitis *secundi* commatibus 7, 8, 9, 10. legitur. Magnâ illud curâ, ac solertiâ ab hominibus Christianis tractatum, tamque feliciter ac ubertim

A

à Ju-

à Judaeorum strophis ac glossis vindicatum est, ut nulla ferè rima illis, quâ elabantur, relicta sit. Praeter illos, qui commentariis suis sacrum Codicem, inque eo τὸ δωδεκάηρον illuminare contenderunt, consuli possunt Raymundus MARTINI in pug. fidei p. 205 sqq. Mich. HAVEMANNUS in lucernâ (Begeleuchte) P. I. c. 13, 14, 15. A. HULSIUS Theol. Jud. P. I. p. 514 sqq. HELVICUS in El. Jud. p. 255 sqq. G. MOMMA in Oec. T. L. II. c. 19. §. 59 sqq. J. HOORNBECKIUS contra Jud. L. II. c. 1. P. D. HUETIUS D. E. pr. VII. §. 28. J. CLAUDIUS in Opp. posthumis T. II. p. 274 sq. Aug. PFEIFFERUS in Dub. S. scr. Cent. IV. l. 95. Jo. MULLERUS in Jud. detecto, optimae notae libro p. 238 — 291. S. DEYLINGIUS in Obs. S. L. III. c. 20. J. SELDENUS de Syn. Ebr. L. III. c. 13. §. 8. August. TORNIELLUS in Ann. ad a. 4032. §. 2. Theodorus HACKSPANIUS in notis philol. Theol. T. II. pag. 102 sqq. & Misc. L. II. c. 6. Eorum autem, qui peculiaribus illud sibi exercitationibus illustrandum sumserunt, nunc integram δωδεκάδα adferre liceat, idque vel eo fine, ut & illi, qui illud plenius intelligendi desiderio tenentur, inveniunt, quo sitim restinguant, alii autem retrahantur, ne actum agant, & cramben toties totiesque coctam publico deglutiendam iterum atque iterum apponant. Sunt autem illi (1) Jo. HILPERTUS, Helm. 1653. (2) Jeremias WEBER, Lips. 1640. & 1680. (3) Joh. Adamus SCHERTZERUS, Lips. 1665. & 1682, quae inserta est ejus Dissert. Theol. σὺνδωγῆ. (4) Jo. Andr. QUENSTEDIUS, Witt. 1668. (5) Aug. VARENIUS in ex. f. in Haggaeum, ejusque maxime prophetia de Messia gloria domus secundae, Rost. 1648. (6) M. COULLAZ la gloire de la seconde maison, à Halle 1690. (7) Jo. FRISCHMUTHUS, Jenae 1669. (8) Michael BOCCIUS, Erfurtenfis, Wittenb. 1677. quae utraque Diss. T. I. Dissertationum Biblicar. Amstelaedami recusarum p. 994. & 1002. inserta est. (9) Caspar Gottfridus MUNDENIUS, Lipsiae, 1671. & Jenae, 1719. (10) Jo. Frid. MIEGIUS, Heidelbergae, 1673. (11) Hieronymus Wigandus BIEL, dissertatione duplici, prae aliis lectu dignâ atque eleganti cum de templi prioris prae posteriori, tum de posterioris prae priori gloria, Vitembergae, 1715. quibus addenda denique (12) Henr. Joh. ELEBRECHTI, V. D. M. gloria templi
secundi

secundi, ex HAGGAI cap. II. aliisque scripturae locis clarissimis à Judaeorum, aliorumque novatorum frivolis exceptionibus, strophisque vindicata, Hamb. 1713, 8. Num autem hypothesis doctissimi auctoris, quâ & ipsum aedificium templi secundi splendore superasse templum primum, & in templo posteriori quinque illas res, quas Judaei in eo defecisse tradunt, adfuisse statuit, admittenda sit, valde dubito,

II.

Videri itaque posset hoc argumentum exhaustum esse penitus, nihilque tot egregiorum virorum eximiis lucubrationibus, quod addatur, superesse. Factum tamen est nuper, ut hæc verba meditati curatius, & unde illorum phrasas mutatae sint, expiscanti incidere nonnulla, quae ad uberiores illorum explicationem facere posse videbantur. Credidi enim me hæc cernere oculis, non solum praedictum Messiae, humani generis Restitutoris in templo posteriori adventum, sed & cum eo conjunctam inclytam Spiritus S. in eodem apparituri praesentiam. Ne autem putes, me ea, quae nusquam sunt gentium, vidisse, rationes, quae in eam opinionem animum meum impulerunt, nunc aperiendae sunt.

III.

Principio id (A) à scopo totius oraculi non abludivit. Est autem ille duplex: Primo enim id intenditur, ut adflictis ac debilitatis aegritudine curisque Judaeorum animis, quod viderent recens erigendi templi splendorem longissimo intervallo abesse ab illa majestate, illisque ornamentis, quibus prius effulgebat, aliquid animi ac solatii adspargatur. Eum in finem illa proponuntur posterioris templi decora, quibus illa prioris splendorem multum superatura, ac propemodum obscuratura erat. Porro eo spectat, ut fluctuantes, & de felici successu paene desperantes erigantur documento aliquo insigni, ex quo opus hoc feliciter profigatum, augustamque illam aedem excitatum iri, certo certius colligerent. Postremum fore, de eo nequibant ambigere, quod illustres quaedam personae in ea essent appariturae, quae in eo apparere sane non poterant, nisi illud exstrueretur feliciter. Præsertim eo docetur, quod hoc aedificium cohonestandum

fit praesentiâ illorum, qui illâ gloriam templi secundi prae secundi majestate longe altius evecturi, splendidiusque, ut emicaret, effecturi essent. Quum autem in illo non minus Spiritus S. quam Dei Filius se conspiciendum veluti, & sentiendum illustrissimo modo praebuerit, nihil video causae, ob quam illius minus, quam hujus apparitionem indicatam esse cogitemus.

IV.

Praefertim, cum (B) proxime antecedentia verba, adeoque eorum *nexus* huc nos manu quasi ducere videantur. Praesentia enim totius gloriosissimae Trinitatis in illo templo conspicua, tamquam argumentum proponitur omnis eorum consolationis & fiduciae. Pater enim loquitur vs. 4. *Et nunc confide, Zerubbabel, & confide, Josua, fili Jehosadaki, sacerdos magne, & confide omnis popule terrae hujus, & facite (opus inceptum strenue) כִּי־אֲנִי אִתְּכֶם נְאֻם יְהוָה, Quia ego vobiscum ero, ait Jehova.* Neque solum PATREM iis adfore, sed & gavisuros praesentia FILII, juxta & SPIRITUS S. proxime sequens comma quintum docet luculenter. אֲנִי אִתְּכֶם מִמְצֵרִים; Una cum verbo (sc. adero vobis) per quod vel in quo foedus sanciri vobiscum, cum educrem vos ex Aegypto. וְרוּחִי עִמָּתְכֶם Et cum SPIRITU MEO, qui (Vel, & Spiritus meus) stat vel STABIT in medio vestrum; Ita enim verba haec vertere ad ductum gravissimorum, optimaque notae Interpretum liceat. Vides itaque mentionem fieri à Patre loquente aequè τὸ ΛΟΓΟΥ, ἡμετέρας scilicet, i. e. Filii Dei, per quem angelum foederis, Deus in monte Sinai foedus cum populo Israelitico pepigerat, atque Spiritus Dei, qui in medio illorum, esset manifestandus. Illud enim עִמָּתְכֶם in futuro tempore capi posse commode, viderunt post R. Salomonem Ifacidem interpretes alii.

V.

Jam porro haec carptim presseque proposita illustrantur, confirmanturque uberius commatibus insequentibus. PATREM illis affuturum praesidio suo ex stupenda illa commotione, quam per introductionem novae Oeconomiae excitaturus erat in coelo & terra & mari, per quam ipsae gentes concutiendae erant, declaratur vs. 6 & 7. Filii adventus disertissime denuntiatur, cum addi-

additur; ובאו חמרת כל הגוים, & *veniet* (per enallagen numeri Ebraeis familiarem) *Desiderium omnium gentium*. Ecquis itaque non animadvertit verba sequentia; ומלאתי את בית הויה כבוד, Et implebo domum hanc GLORIA, apte ad Spiritum S. transferri posse?

VI.

Id quod magis in aprico erit collocatum, si ipsi huic emphaticae *phrasi*, (C) ejus origini, ac vi probe attenderimus animum. Notemus itaque valde simile esse vero heic respici aliquid, quod in templo fuit, & quidem illustrem in modum, quodque GLORIAE nomine solebat insigniri, scilicet, notabile illud & coruscum divinae praesentiae signum, NUBEM videlicet IGNE SPLENDIDAM. Illa autem toties, tamque aperte כבוד *Gloria* vocatur, ut saepius apertiusque fieri id paene nequeat. Vide, si placet, Exod. XVI. 7. coll. vs. 10. XXIV. 16, 17. XXXIII. 18. coll. vs. 22. & XXXIV. 5, 6. Praecipue illa nubes ignea, quae in veteri tabernaculo & aede arcam & propitiatorium obnubens conspiciebatur, quam Judaei שכנינה *Dei GLORIA*. Evolve omnino Ex. XI. 34, 35. Lev. IX. 6, 24, 25. Num. XVII. 7. 2. Chron. V. 13, 14. VII. 1, 2, 3. Ezech. X. 4, 18, 19. Hinc templum & arcam dicta fuisse thronum divinae GLORIAE Jer. XIV. 21. XVII. 12. legimus. Hinc nurus Eli filium suum vocabat אֵי כבוד, quia gloria Dei, i. e. *arca Domini ex Israele sublata esset*, 1. Sam. IV. 21. Et David Psalm. XXVI. 8. facit mentionem מקום משכן כבוד *τὸ πᾶν σκηνώματος Δο-
ξῆς αὐ.* Hinc pariter explananda est gloria כבוד in locis Psalm. LXIII. 3. & Ps. LXXXIV. 12. (a) LXXXVI. 10. & Esaias XL. 5.

A 3

LX.

(a) Certe in hoc dicto שמש ומנן יהוה; SOL & CLYPEUS est *Dominus*, alludi ad idem Divinae praesentiae signum, omnes fere loci phrasas ostendunt; Nam (α) commate priori fit mentio *Domus Dei*, & *tabernaculorum*; quando (β) Deus vocatur SOL, respicitur columna illius *ignis*, qui solis vicem Israelitis praestabat noctu, quando (γ) autem simul SCUTUM appellatur, indicatur NUBES illa, quae iisdem erat SCUTI instar interdiu eos obumbrans, tegens, & contra solis ardentis aestus defendens.

Huc

LX. 2, 3. Ezech. I. 28. Huc etiam respici Joh. I. 14. ubi de λογῶν ἐσαρκωθέντι, qui ἐσκήνωσεν (nota שכנה) ἐν ἡμῖν, ΔΟΞΑ, ὡς μονογενὴς παρὰ πατέρα, πληρὸς χάριτος καὶ ἀληθείας tribuitur, pervulgatum est. Sic inter praerogativas, quas Apostolus Israelitarum populo tribuit Rom. IX. 4. est ἡ ΔΟΞΑ, i. e. שכנה. Hinc explicanda est phras Pauli, qua meminit χερσβιμ ΔΟΞΗΣ Hebr. IX. 5. & ita demum intelligi potest, quid sibi velit, quando nova Hierosolyma dicitur ἔχουσι τὴν ΔΟΞΑΝ τῆς Θεοῦ Apoc. XXI. 11.

VII.

Neque id mirum nobis oportet accidere, cum שכנה & כבוד יי apud Judaeorum magistros unum idemque sit. Sic Bechai in תורה fol. 97. השלוח הזה הוא כבוד הנקרא שכנהה, Legatus hic est GLORIA, quae vocatur SCHECHINA, & in Parascha ויגש בר, הכבוד אשרה בו, שכנהה שיהו Quiescere ibi faciam GLORIAM, quae est SCHECHINA, & Abarbanel ad Ex. XL. 34. hanc sententiam Rabbini adscribit; כל מקום שהכבוד נגלה השכנה שורה עליו In omni loco, in quo GLORIA revelatur, in eo habitat SCHECHINA; Unde apud eosdem mentio fit, כבוד השכנהה. Sic ex Bereschith rabba hoc dictum allegari legi; כל מקום שמכאן נראה שם היא כבוד השכנהה In omni loco ubi Michael apparet, ibi GLORIA SCHECHINAE est; Quae autem hujus denominationis ratio sit, alio loco indicare constitutum mihi est. Nunc pergendum est.

VIII.

Cum itaque & in hoc loco templo ad futura dicatur GLORIA, non dubito, quin ex שכנה illa, quae & in tabernaculo, & Huc spectat (δ) GRATIA, cujus symbolum eandem fuisse extra controversiam positum est. Et (ε) GLORIA, quod vocabulum iidem impositum esse vidimus. Cum (ζ) fideles insigniuntur phrasi AMBULANTIUM perfecte, equis non animadvertit id fieri in oppositione Israelitarum in deserto duce & comite hac columna ambulantium? quando, quod (η) ultimo loco observandum est, Deus singulari quodam modo tum temporis palantem in deserto exercitum ducens, dici poterat, ut heic loci fit, יהוה צבאות Dominus exercituum. Sed de his fortasse plura, ubi, quae de locis V. & N. T. ex columna N. & T. illustrandis meditatissum, singulari commentario licebit palam exponere.

& templo priori fuit, defuit autem in posteriori, illa phrasis, quae הכבוד hujus meminit, interpretanda sit; In qua re praecedentes habeo non paucos ex ipsa recutorum gente. Sic Targumista illud ואכבד apud prophetam nostrum c. I. vf. 8. לאשר ביקר השכנתי ביה; *Ut quiescere vel habitare faciam ibi Schechinam meam in GLORIA, μεσηφεια.* Ita רשי, ad comma septimum; *intelligent, quod Schechina mea habitabit vel quiescet in domo illa.* Imprimis huc faciunt verba, quae leguntur in Bereschich rabba majori ad Gen. IX. 26. Ubi post adducta verba ex Esdr. III. 12. in quo Sacerdotes & Levitae dicuntur fleuisse, quod splendorem aedis secundae a prioris longe videbant abesse, haec adduntur; למה היו ביכים הזקנים לפי שראו שלא שרתה שכנה במית האחרון והואל שלא שרתה בו שראו שלא שרתה שכנה למה נאמר גדול יהיה וגו' *Quare flebant seniores? Quia viderunt, quod non quiesceret SCHECHINA in aede secunda; Ex quo itaque non requievit ibi SCHECHINA, cur dictum est? (sc. hoc loco) Major erit honor domus posterioris, prae priori.* Ex quibus constat Judaeos credidisse, in templo secundo non fuisse Schechina, defectum autem illum lachrymis dignum esse, & luctu; in phrasi autem illa, de gloria majori domus secundae delitescere promissionem de praesentia Schechinae, immo cum illa hujus defectum vix conciliari posse. Disertissime autem omnium id inculcat Abarbanel, implementum tamen vaticinii non ad templum secundum, sed tertium, quod fingit, referens. En ejus verba: אמת שבכבוד השני אשר אתם תבנו אין כבוד ואין עושר ואין שלום אבל בזמן החיות אמלא את הבית הזה כבוד מפני שתשב שמה השכינה; *Verum est in templo secundo, quod aedificaturi estis, neque gloriam, neque divitias, neque pacem reperiri, sed illo tempore implebo domum hanc gloria, QUIA IBI HABITABIT SCHECHINA.* Et paulo postea; הכבוד המתמלא הוא כבוד כבוד ה' וכ' מש על מעשה המשכן וכבוד ה' מלא את נאמר כי מלא כבוד ה' את בית ה' הנה א' כ הכבוד; *Gloria templum implens est gloria Domini, sicut de opere tabernaculi dicitur (Exod. XL. 34.) Et gloria Domini implebat tabernaculum; & de aede Salomonis dictum est, quia implevit gloria Domini domum Domini. Ecce cum ita se habeat, gloria, cujus propheta hic meminit, est SCHECHINA.*

3
84
33
32
38
30
27
42
4
44
46
40

Hanc autem sententiam haud parum confirmari videbimus, si totam phrasin de PLENITUDINE GLORIAE contemplati fuerimus curatius. Illa enim, nisi valde fallor, explicanda est ex Exod. XL. 34, 35. Et contegit NUBES tabernaculum conventus & GLORIA Domini (כבוד יהוה) *IMPLEVIT המשכן*. Et non potuit Moses intrare tabernaculum conventus, quia שכן super eam nubes, & gloria *IMPLEBAT את המשכן*. Vides itaque sermonem esse de Tabernaculi inauguratione, quae facta est & nube, & gloria Domini, illud *IMPLENTE* totum tabernaculum. Similem in modum cum sollempni ritu consecrandum erat Salomonis templum *IMPLEVIT NUBES domum Dei*, & non poterant Sacerdotes consistere ad ministrandum coram nube, כי מלא כבוד יהוה את בית האלוקים, quia *IMPLEBAT GLORIA Domini Domum Dei*, quod legitur 2. Chron. V. 13, 14. & 1. Reg. VIII. 10, 11. Quae Phrasis gemina plane cum hac nostra Haggaei est, uti & illae sunt, quae occurrunt ejusdem in libri cap. VII. 1, 2, 3. וכבוד יהוה מלא את הבית. Et *GLORIA Domini IMPLEBAT domum illam*. Et non poterant Sacerdotes intrare domum illam, quia *IMPLEVERAT GLORIA Domini domum Domini*, & omnes filii Israelis videbant ignem descendantem, & *GLORIAM super domum*; Quae, si quis attento animo considerat, & deprehendit in loco nostro, ubi sermo est de templo secundo, ejusque inauguratione, prorsus similem phrasin occurrere, quae in historia inaugurationis tabernaculi pariter & templi primi legitur, & utrobique mentionem fieri כבוד יהוה, *GLORIAE Domini*, qua *IMPLERI* oportebat aedes Dei, non dubito, quin huc alludi & unum locum ex altero explicandum esse agnitus sit. Praefertim cum & alibi eadem columna *IMPLEVISSE* legatur, aedem sacram; Vide omninò Ezech. X. 3, 4. ubi vel ter *PLENITUDINIS* & nubis & splendoris *GLORIAE Domini*, qua templum occupatum fuit, mentio occurrit.

X.

Pariter hinc illustrare liceat *ὡς ἐν πνεύματι* verba, quae leguntur Ef. VI. 1. ubi Deus in templo sedens conspicitur, cujus *fimbriae IMPLEBANT templum*; Respicitur heic ad columnam nubis, utpote,

pote, quae sub imagine *vestis* proponitur saepius. Prolixe id ostendi in *Diff. de Baptizatis Christum indutis*, quae exstat in *Bibl. Hist. Philol. Phil. T. IV. fasc. VI. diff. 3. §. 19—31.* Iis nunc addo locum *Pf. CIV. 1, 2.* ubi in aperta allusione ad hanc columnam Deus legitur *majestatem & reverentiam INDUISSE, OPERIENS se luce instar TOGAE.* Et sic sane intellexerunt *oi LXX.* qui illam *Esaiæ phrasin transtulerunt; καὶ ΠΑΗΡΗΣ ὁ οἶκος τῆς ΔΟΞΗΣ αὐτῆς;* cum quibus valde conveniunt verba, quae adhibent in hoc nostri *Haggæi loco; καὶ πλησῶν* vel *ΠΑΗΡΩΣΩ τον οἶκον τῆτον ΔΟΞΗΣ;* Huc fortassis etiam respexit *DOMINUS* noster, quando *Joh. XII. 41.* dicit *Esaiam vidisse τὴν ΔΟΞΗΝ αὐτῆς.*

XI.

Sed quid haec, ais, ad *Spiritum S.* cujus manifestationem in templo hoc doceri, tibi sumsisisti probandum, cum tamen notum sit, illam *כִּינֹו* symbolum fuisse filii Dei, in carne manifestandi, & in templo cum corporis sui humani, tum ecclesiae olim domicilium *fixuri*, quod non solum complura docent *N. T.* loca, sed & ex *Judaeorum* confirmari possit testimoniis. Tantum profecto abest, haec ut eam inficias, quantum, quod maxime. Verum enim vero persuasus pariter sum apud animum meum omnino, evidens illud divinae praesentiae in templo signum, quam *SCHECHINAH*, & gloriam Domini vocabant, totam indicasse adorandam Trinitatem generatim, singulariter autem, & ut ita dicam, terminative, non minus *SPIRITUS S.* quam *Messiae*, Dei Filii, fuisse emblemata. Atque haec bene convenire, atque in una sede morari possunt commodissime. Perpetuum enim, atque indissolubile quasi vinculum inter utrumque est. Nam, ut recte quidam veterum ait, *ὡσπερ ὁ υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν Χριστῷ, ἕτα καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πνεύματι.* Ut autem appareat, id non mei esse figmentum cerebri, id haud obscure ex *V. testamenti*, clarius autem ex *novi tabulis* ostendam, quibus suffragari denique *Judaeorum Doctores* docebo.

XII.

Cum olim *Esaias*, ut modo vidimus, *Dominum* contempleretur excelsa throno insidentem, indubie nihil aliud vidit, quam columnam illam ignitam arcae, quae in penetrali templi erat,

B

&

& THRONUS Domini dicebatur, incubantem, quam nomine ΔΟΞΗΣ insignivisse D. Johannem vidimus. At vero non solum FILIUM Dei in illo symbolo & oculis & auribus usurpavit divinus Vates, sed & SPIRITUM Sanctum. Constat id unicuique manifeste ex collatione Joh. XII. 40, 41. cum Act. XXVIII. 25. Porro, cum apud eundem Esaiam Capite quarto, commatibus 2, 3. adventus Messiae praenuntiatus esset, vs. 4. praedicitur quoque apparitio SPIRITUS judicii, & ardentis. Deinceps autem commate quarto idem proponitur sub emblemate columnae nubis igneae obumbraturus habitaculum montis Sionis, i. e. templum Sioni monti superstructum, ut recte explicavit Chaldaeus paraphraestes in perquam luculentâ allusione ad ea, quae de isthac columna leguntur Exod. XIII. 20, 21. XL. 34, 35, 38. & Num. IX. 15, 16. Sed transeamus ad novi foederis codicem, in quo haec res, ut tot alia, clarius & apertius docetur.

XIII.

Certe id à D. Paulo plus vice simplici factum est, v. gr. quando I. Cor. III. 16. οὐκ οἶδατε, inquit, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστὶ καὶ τὸ πνεῦμα τῶν Θεῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν vocat quidem fideles templum DEI, at non ait, Deum in illis habitare, sed ΠΝΕΥΜΑ ΤΟΥ ΘΕΟΥ. Cumque ibi aperta allusio sit ad templum vetus, & τὴν ἱερὴν illud inhabitantem, quis non videt hanc symbolum fuisse τῶν πνευμάτων τῶν Θεῶν? Sic I. Cor. VI. 19. fidelium corpus, ait, ναὸν εἶναι, non tam Dei, quam τῶν ἐν αὐτοῖς ἁγίων πνευμάτων. Sic pariter Rom. VIII. 11. bis mentionem fecit τῶν πνευμάτων τῶν ἐνοικοῦντων ἐν ὑμῖν. Neque frustra est, quod, quando Eph. II. 22. fideles una aedificari εἰς κατὰ πικρὰ τὸ θεῖον τῶν Θεῶν dicuntur, simul adjungitur ἐν ΠΝΕΥΜΑΤΙ; & ut quidem codices habent, ἁγίῳ. Quae quidem loca satis evincunt Spiritum per illam Schechina, quae in templo habitabat, adumbratum fuisse.

XIV.

Referendum autem huc inprimis arbitror locum I. Petr. IV. 14. ubi Spiritus S. dicitur Πνεῦμα τῶν Θεῶν καὶ τῆς ΔΟΞΗΣ, qui super fideles dicitur QUIESCERE. Respici heic loci illustre illud gloriae ac praesentiae divinae signum, non ex eo solum conjicere licet, quod, cum appellatur πνεῦμα τῆς ΔΟΞΗΣ, id referendum sit

fit ad Schechina, quam gloriam, δοξην, הכבוד dici, abunde ostendimus, sed & ex phrasi *quiescere*, quae ad cogitandum de Schechina nos quasi manu ducit. Audiamus P. Fagium in notis ad Targum Onkelosi, ad Gen. IX. 27. שכנתיה *ad verbum sonat QUIES ejus. Nomen deductum a verbo שכן, quod quiescere significat, hinc שכנה & Chaldaice שכנתא, i.e. QUIES, quo vocabulo Ebraei praesentiam divinitatis, quae olim in sanctuario juxta arcam foederis sese efferebat, appellabant.* Hinc vocem *μενεειν* passim usurpant de Spiritu S. neque hanc diversam esse a voce שרה, qua Chaldaei utuntur, quando de Spiritu S. & Schechina loquuntur, jam pridem observavit Daniel HEINSIUS in Aristarcho S. c. 17. Sic Spiritui S. quies (חנה ἀναπαύεσθαι) tribuitur Et. XI. 2. coll. Num. XI. 25. 2. Reg. II. 15. & *μωυ* Joh. I. 32. XIV. 17. his autem dicendi modis ad Schechinam alludi. & quidem ad Exod. XL. 34. 35. Num. IX. 15, 16. dudum non uni Viro doctrina insigni suboluit.

XV.

Locuti autem sunt hi apostoli ex consuetudine Judaeorum, qui ab antiquissimis temporibus illam שכנה & הכבוד interpretati sunt de SPIRITU SANCTO, & has locutiones invicem permutarunt: Sic Onkelos Gen. XLV. 27. verba Jacobi רוחי רוח יעקב quae R. S. Isaacides vertit שרתה עליו שכנה *Et quievit super Jacobo SCHECHINA* vertit ושרת רוח קדושא *Et quievit SPIRITUS S. SUPER EO.* Cujus rei exempla plura adducit Buxtorfius in Lex. p. 2395 sqq. Audiamus tantum verba Eliae Levitae in Tisbi in expositione illius Vocis: קראו ר"ל לרוח הקדש שכנה על שם שהוא שכן על הנביאים וכן ותהי רוח יעקב פירוש רש"י שרתה עליו שכנה וגו' *Rabbini SPIRITUM S. SCHECHINAM* vocant, eo quod quiescit super Prophetas. Unde factum, quod in Ebraeo textu de Jacobo dicitur; Revixit SPIRITUS Jacobi, Salomon Isaacides interpretatus sit; *Habitavit super eo SCHECHINA.* Sic Schechinam cum Spiritu S. permutari patet ex hoc loco in Bab. Joma fol. 73. 2. עליו שורה ושכנה שורה עליו: *quisquis sacerdos non loquitur per SPIRITUM S. & super quem non habitat SCHECHINA, non consulendus est.* Otium, ne plura haec congeram, mihi fecit Cel. C. VITRINGA in Obs. L. I.

diff. II. c. 4. §. 3, 4. Talem quoque Maimonidis locum affert Seld. de Syn. Ebr. L. II. c. 4. §. 2. & L. IH. c. 13. §. 17. Adstipulantur mihi ex Christianis Doctoribus COCCEJUS in Sanh. c. I. p. 157. SELDENUS de Syn. p. m. 961. DRUSIUS in Ex. c. 54. H. HULSIUS in L. de praerog. V. T. diff. II. §. 3. D. HEINSIUS in Arist. c. 17.

XVI.

Et quidni illis adjiceremus locum, quem ex Likk. Schech. uphea fol. 24. col. 1. habet Rhenferdius in diff. de Stylo Apoc. Cabb. §. 28. Opp. p. 23. והוא הנקרא שכונה הוא הנקרא רוח נאמן. Et ille est, qui vocatur Schechina, & qui vocatur SPIRITUS fidelis. Neque parum haec observatio nactura esset fulcri, si solida sit observatio Joh. Steph. RITTANGELII in notis ad Sepher Jezira p. 81 sqq. Onkelosum triplici modo transferre vocem יהוה, nunc enim ponere יי, nunc מימרה דיי, nunc שכונתה דיי, quibus phrasibus tres divinae essentiae *ὑποστάσεις*, adeoque per Schechina Sp. S. indicarentur. Sed vide, quae contra haec monet V. C. Jo. Michael LANGIUS in diff. de λογος §. 18. Quidquid id est, cum phrasis, IMPLEBO DOMUM HANC GLORIA, aperte referenda sit ad Schechinam in tabernaculo & templi veteri, qua utrumque IMPLERI dicebatur, quaeque vulgo vocabatur GLORIA, immo non differat ab illa phrasi, quam adhibitam esse vidimus in dedicationis tentorii conventus pariter & templi prioris descriptionibus, illa autem Schechina credebatur esse symbolum Spiritus S. vix animi pendeo illis verbis: ומלאתי את בית הוה וברא כבוד praedici, in eadem hac aede, in cujus exstructione id temporis occupati erant, apparituum olim insigni quodam ac visibili modo SPIRITUM S. Quod egregie facit ad confirmandos aegritudine afflictorum Judaeorum animos, qui tunc eo facilius absentiam GLORIAE divinae in Schechina, Spiritus S. emblemate conspicuae ferre potuerint, quo magis certiores facti erant, symboli defectum ipsius personae per illud adumbratae praesentiae abunde olim compensatum iri.

XVII.

Quibus animadversis id quoque patet, si toti orationi (D) convenienter congruenterque locus hic explicandus est, SPIRITUS SANCTI mentionem non esse negligendam. Nam, si gloria

ria posterioris templi superatura erat decus prioris, id praecipue ostendendum erat, quomodo ea, quae, cum in veteri domo, fuerint, in recens exstructa exulare videbantur, reapse tamen non erant abfutura. Illa autem fuere *dulum* praecipue generum; Primo incredibilis illa auri, argenti, gemmarumque adfluentia, quâ prius fulgebat, & cum qua opulencia secundi templi comparari ne quidem poterat. Illius privationi opponitur comma *nonum*, quod docet, parum in ea re situm esse, cum, si Deus id vellet, facillimo negotio eam vel aureis montibus, gemmarumque cumulis supplere posset. Majoris autem ponderis erat carentia illarum rerum, quae in adyto aedis vetustae conspectae fuerant, tanquam symbola rerum, quibus majus nihil, nihil splendidius excogitari poterat, MESSIAE nimirum & SPIRITUS S. Unde par & aequum erat, ut doceretur quoque, quamobrem non magis illa, quae depingebant Messiam, quam, quibus Spiritus S. adumbrabatur, magno desiderare opere haberent necesse.

XVIII.

Id autem antequam demonstratur, notemus probe unanimi fere Judaeorum consensu asseri in templo posteriori; saltem post Malachiae tempora, non adfuisse Spiritum S. Ita Maimonides in *Jad chafaka* c. X. §. IV. de כלי המקדש scribit: *In templo secundo facta quidem fuisse urim & thummim* (i. e. pectorale Pontificis M. ad typum prioris formatum) *non tamen fuisse consulta, שלא היתה שם רוח הקודש* QUOD IBI NON ADESSET SPIRITUS SANCTUS. Idem ex Sanhedrin fol. II, 1. Sota f. 24: 2. ex Seder Olam suta, ex auctore libri *Cofri Par.* 3. §. 65. ex *Medrasch Shir haschirim* ad Cant. 8. v. 6. fol. 38. col. 2. dudum observarunt alii. Et huc spectat quod legitur Joh. VII. 39. *ἐπεὶ γὰρ ἦν πνεῦμα ἀγίου*, collato Act. XIX. 2, 6. Non opus est, ut inquiremus, quid Judaei per hunc Spiritum S. intellexerint. Sufficit enim nobis, Judaeos credidisse in templo secundo defuisse Spiritum S. qui fuerit in primo. Cum autem illius gloria prae hujus erat futura illustrior, Spiritus S. quoque adventum in eo omnino fuisse praestolandum, sequitur.

XIX.

Sed nunc ad ipsas in oculum incurrentes rerum praestantiorum, & Messiae & Spiritus S. imagines transeamus, quae priorum

3
84
33
32
38
30
22
42
4
44
46
40

XX.

Non defunt tamen ex Judaeis, qui numerum rerum, quae hinc exulabant, adaugent non parum. Ita in Horajoth fol. 12: 1, aliisque in locis Talmudicis *decem*, & plures res defuisse legi observatum est. In ספר אבקת רוכל signo X. עשרה דברים *res decem*, quae defuerint, enumerantur; Eae, praeter quinque illas memoratas, sunt, *incrementum luminis solaris & lunaris, splendor justorum, coronae Moſis, tympana tripudiantium, & annonae vilitas.* *Δηγοι, Δηγοι.* Abarbanel reliqua quinque hunc in modum recenset, *Candelabrum aureum, mensa, vasculum Mannae, Virga Aaronis, atque oleum unctionis.* At vero certe candelabrum, & mensam, aedem posteriorem exornasse, vel illae affatim docent figurae, quae in arcu Titiano hodieque Romae conspiciuntur. (a) Quomodo tamen cunque se res habet, denarium hunc numerum retineri percommode heic posse puto. DECEM enim res oppido commemorabiles saltem desideratas fuisse in aede secunda, quae prioris fuerant ornamentum, observavi. Sunt eae (1) Tabernaculum Mosaicum, id quod cum reliquis ejus instrumentis in templum à Salomone illatum fuisse patet ex 1. Reg. VIII. 4. & 2. Par. V. 5. (2) arca foederis, (3) propitiatorium, (4) urna Mannae, (5) Virga Aaronis, (6) Ignis sacer, (7) Urim & Thummim, (8) tabulae legis, (9) oleum unctionis, (10) & denique SCHECHINA sive singularis divinae praesentiae manifestatio. *Quinque* priores respiciebant Christum, posteriores *quinque* Spiritum S. Tabernaculi enim nomine insignitur DOMINUS Apoc. XXI. 3. Ebr. IX. 11. *Arcae*, Apoc. XI. 19. τὸ ἱερόν Rom. III. 15. *Mannae*, Joh. VI. 35, 49, 50, 51. & *Virgae* denique *Aaronis* Eccl. XI. 1. Harum itaque rerum, quae in priori domo exulabant, amplissima atque idonea compensatio facta fuit, quando adventu suo, praesentia, sermonibus, miraculis templo huic fulgidiorem, supra quam dici potest, gloriam conciliavit humani generis Sospitator, gentium desiderium, D. N. J. C.

XXI.

Quemadmodum autem haec quinque emblemata erant Messiae,

(a) Vide elegantiss. de spoliis templi Hierosol. in arcu Titi conspicuis librum Hadri. RELANDI impressum Ultraj. 1716, 8.

siae, ita tes totidem, supersunt, quae ad SPIRITUM S. pertinent. *Urim ac Thummim* aptum erat emblema illius, qui auctor est & אורים, i. e. illuminationis in intellectu, & תמים, i. e. re-
 tudinis *sanctimoniae*que in voluntate, & cui, quidquid vel fuit, vel
 est oraculorum divinorum, debetur. Certe tam arctum Spiritui
 S. cum illo ארת intercedere vinculum statuunt Judaei, ut
 illum hujus vitam veluti atque animam, neque hoc sine illo con-
 sistere posse, crederent. Per Spiritum enim S. oracula fieri pu-
 tabant, & licet aliquid analogum תא "ארות" in templo secundo
 habuerint, id nullo loco tamen loco habuerunt, quod ei abesset
 Spiritus S. Vide locum, quem ex Joma supra §. 15. produximus.
 Quibus paria habet Maimonides in libro de vasis templi c. X.
 §. 10. עשו בבית שני אורים ותומים כדי להשכלים שמנה בגדים
 : ואעפ"י נשאלין בהן מפני שלא היה שם רוח הקודש:
*Fecerunt in templo secundo Urim & Thummim ad perficiendum octonarium numerum ve-
 stium licet nullum haberent usum; sed cur non consuluerunt? QUIA NON
 ADERAT SPIRITUS S.* Confer eundem in hilch. Beth habbe-
 chira c. IV. §. 1. & R. Afariam in meor enajim c. 51, fol. 164. col. 1.

XXII.

IGNIS ερηνοπητης, quo sacrificia consumebantur, pictura
 fuit SPIRITUS S. ignis illius non consumentis, sed gratiosi, qui
 αφνω εν τη ουρανω apparuit, qui ob vim mirificam, subtilissimam,
 calefacientem, vivificam, illuminantem, expurgantem, efficacissi-
 mam, altissime penetrantem, την ανωζωπυρασκην της καρδιας, ut D.
 loquitur Macarius, sursum corda in coelos rapientem persaepe
 sub symbolo ignis proponitur. Vid. Es. IV. 4. VI. 6, 7. Luc. XII.
 49. Rom. XII. 1. 1. Theff. V. 19. Apoc. IV. 5. Hic est, quem in-
 nuit Christus, cum de baptismo ignis loquitur, ut constat ex coll.
 Matth. III. 11. cum Marc. I. 8. & Joh. I. 33. quique sub imagine
 ignis, των γλωσσων ΩΣΕΙ ΠΥΡΟΣ Act. II. 3. apparuit, utpote, qui
 hominem Deo in sacrificium acceptum sistit, accenditque Rom.
 XV. 16. facitque nos victimas Deo gratas Rom. XII. 1. In primis
 autem in festo pentecostes illabens Apostolis, eorumque men-
 tes in suavem odorem Deo sacravit. Aberant TABULAE LE-
 GIS, sed ille defectus ubertim refarciri debuit per illum, qui di-
 gito suo legem cordibus nostris erat inscripturus Jer. XXXI. 31.
 coll.

coll. cum Ebr. VIII. 8. ut fieremus ἐπιστολή Χρῆστ ἐγγεγραμμένη οὐ
 μελανι, αἰδιὰ ΠΝΕΥΜΑΤΙ Θεοῦ ζῶντος, ἐν ἐν πλαξί λιθίνῃ, αἰδιὰ ἐν πλα-
 ξί καρδίᾳ σαρκίνῃ, ut loquitur Apostolus 2. Cor. III. 3. Desidera-
 batur porro OLEUM UNCTIONIS, cujus in Sacerdotibus prae-
 cipue inaugurandis usus erat; Sed hujus absentiam aequissimo
 ferre poterant animo, cum se ibi conspiciendum praeberet non
 solum, מִשְׁחָה, ἡ ΧΡΙΣΤΟΣ, cujus erat dicere רוח יהוה יהוה עלי ;
 SPIRITUS Dei Domini super me, propterea
 UNXIT me Dominus Es. LXI. 1. verum etiam ille, qui OLEUM
 laetitiae vocatur Ps. XLV. 8. & Χρῆσμα. 1. Joh. II. 20. Denique
 SCHECHINAM à Spiritu S. divelli non posse ex iis, quae S.
 XI. XVI. monita sunt, elucescit abunde.

XXIII.

His itaque positis, aut dicendum est *Quinque* adeo tam illu-
 strum rerum deficientium compensationem in hoc vaticinio
 non fuisse promissam, aut fatendum est, Spiritus quoque S. au-
 gustam praesentiam annuntiatam fuisse. Prius ab omni abhor-
 ret veri specie. Cum enim recte concludimus, Messiae ad-
 ventum indicari, quod ille quinque rerum, quae sui fuerant vel-
 uti imago quaedam ac pictura, detrimentum ita reconcinnaverit,
 par sane atque aequum est, ut similes, quoad Spiritum S. ra-
 tiones incamus, atque adeo, quod posteriori loco posuimus, ve-
 rum sit. Qua enim amabo, ratione *secundi templi gloria potuit major*
dici, quam fuit prioris, si ne ea quidem, quae unicum illi ac prae-
 cipuum conciliabant decus, tum vel abfuere, vel, ubi abfuere, non
 aliunde fuissent exarta? Quomodo, quaeso, secunda aedes
 PLENA fuisse potuisset dici GLORIAE, si illud, à quo omnis
 gloria in prius templum derivatum fuit, prorsus heic fuisset fru-
 stra desideratum? *Quin potius plenam vim, atque ἐμφασιν illa-*
rum locutionum tum demum intelligemus, quando nostrae ob-
servationi concesserimus locum. Cum enim in priori Sanctuario
 SYMBOLA tantum fuere secundae juxta & tertiae Trinitatis co-
 lendae in saecula Personarum, illae autem ipsae non συμβολικῶς,
 sed σωματικῶς in aede secunda fuere conspicuae, patet luculen-
 ter, non solum, qua ratione aedes altera fuerit plena GLORIAE,
 sed & quam MAJOR FUERIT GLORIA TEMPLI SECUNDI,
 PRAE GLORIA TEMPLI PRIMI. Tanto certe oportet eam
 C fuisse

3
 34
 33
 32
 31
 30
 29

42
 4
 44
 46
 40

fuisse illustriorem, tanto splendidiorem, quanto ipsa res praestat
ejus picturam, & corpus ipsum dignitate antecellit umbram suam.

XXIV.

Accedit, (E) eâ ratione quoddam incommodum haud incom-
mode tolli posse, quod eâdem re plus vice simplici repetitâ, vix
alias dicerem evitari posse. Cum enim jam diserta mentio facta sit
paulo ante commatibus 7. & 8. *adventus Messiae*; quem sub no-
mine חמרת הגוים Christiani proponi consentiunt, neque Judaei
diffitentur; si alteram hanc phrasin de ipso illo Messia velis quoq;
explicare, vides iteratam ejusdem rei uno in oraculo fieri pro-
missionem. Sin posteriorem, ut per fieri apte posse ostendi, in-
nuere Spiritus S. adventum mecum statues, nihil hîc redundan-
ter, nihil frustra positum, sed omnia ἐμφατικῶτατων, atque aptis-
simum exhibere sensum deprehendes.

XXV.

Eadem autem haec observatio non parum (F) nanciscitur
roboris, si ad illud, quod proxime illis verbis adnectitur, ובמקום
: הוה אתן שלום, *Et in HOC loco dabo PACEM* converterimus
oculos. PAX enim, si quid aliud, pertinet ad Spiritum S. feli-
cesque, quibus comitatus incedit, fructus. Jam olim in sol-
lemni illa benedictionis formula Num. XVI. 26. ab illo יהוה, qui
tertio loco nominatur, expectatur PAX. Regnum Dei est
'ΕΙΡΗΝΗ και χαρα εν ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΑΓΙΩ Rom. XIV. 17. Paulus ap-
precatur Romanis, ut impleantur 'ΕΙΡΗΝΗ εν δυναμει ΠΝΕΥΜΑ-
ΤΟΣ 'ΑΓΙΟΥ Rom. XV. 13. Inter καρπῶς τῆς ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ quoque
recensentur ἀγάπη, χαρα, 'ΕΙΡΗΝΗ Gal. V. 22. Id quoque locum
habet, sive de pace sermo sit spiritutuali, τῆ τῆ Θεῶς, τῆ ὑπερεχουσῆ
παντα 188, sive illa, quae inter homines concordiae vinculo colli-
gatos, viget intelligatur.

XXVI.

Ut denique praetereamus argumentum, quod ex ἀναλογία alio-
rum locorum parallelorum sumi posset, in quibus cum adventus
instauratoris humani generis adnuntiatur, simul quoque men-
tio fit Spiritus, quem ille comitem, sociumque operis sui ha-
biturus erat, unde concludas similitum similem quoque haben-
dam esse rationem, ut haec, inquam, nunc non tangamus, non

parum

parum muniminis sententia nostra nanciscetur, si hoc (G) oraculum cum historia cum primis commemorabili, quae in actis Legatorum Domini insignitam illam divini Flamini effusionem atque apparitionem recenset, contendamus. IMPLETUM scilicet illud est ad unguem, quando in magno pentecostes festo apostoli in uno των ὑπερωων (עליון) templi, (quod vocatur οίκος Act. II. 2. uti in hoc loco בית) secundi, quod idem numero erat, in cuius exstructione olim occupati fuere Judaei, non adeo multis ante ejus excidium annis congregati erant. Tunc, quando perquam illustri modo ac sub visibili veluti signo conspicuus factus est SPIRITUS S. & ἘΠΑHRΩΣΕΝ ὅλον τον ΟΙΚΟΝ, IMPLEVIT TOTAM DOMUM, tunc, inquam, eventu suo gavisum est, quod Haggaeus praedixerat, מלאתי את הבית הזה הכבוד, i. e. ex των septuaginta versione πλησσω, sive (ut codex Alexandrinus habet) ΠΛΗΡΩΣΩ ΤΟΝ ΟΙΚΟΝ ΤΟΥΤΟΝ ΔΟΞΗΣ, ubi liquidam fieri allusionem ad eandem phrasin, qua apparitionem Schechinae in tabernaculo & templo priori Exod. XL. 34, 35. & 1. Reg. VIII. 10, 11. indicatam fuisse §. IX. monuimus, patet manifestissime; Tunc quando ἘΠΑΗΣΘΗΣΑΝ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΑΓΙΟΥ, Act. II. 4. factum est, quod apud Haggaeum nostrum commate quinto legitur: רוחי עומרת בתוכם Spiritus meus subsistit in medio vestrum.

XXVII.

Tum vicem nubis, in qua apparere consueverat שכנא implevit πνοη βιαία, ventus vehemens, qui sine nube increbescere vix potuisset, quemadmodum ignis illius columnae deprehensus est ἐν γλωσσαις, ὡσει ΠΥΡΟΣ Act. II. 3. id est, in vibrantibus, & acute desinentibus flammulis Apostolorum capitibus insidentibus. Tum commota sunt COELUM & TERRA, ut praedixerat Haggaeus, quando ἀφνω ἐκ τῆς ΟΥΡΑΝΟΥ ἔγενετο ἡχος (quae vox saepe tonitruum TONITRUUM significat) ὡσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας. Act. II. 2. Tum, quando dedit Deus signa ἐν τῷ ΟΥΡΑΝῳ ἀνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς ΓΗΣ κάτω, quod vaticinium Joelis ILLIS diebus impletum pronuntiabat Petrus Act. II. 19. Tum COMMOTAE sunt GENTES, παντα τα ἔθνη, (ut habent οἱ δὲ) quando ἀνδρες εὐλαβεις ὑπο ΠΑΝΤΟΣ ἔΘΝΟΥΣ τῶν ὑπο τον ἔρηνον, Παρθοι καὶ Μηδοι καὶ Ἑλλομιται, καὶ οἱ κατοικησες την Μεσοποταμιαν, Ἰδαμαντε, καὶ Κατωαδοκίαν, Ποντον

3
34
33
32
31
30
29
28

42
4
44
46
40

Ποντον και την Ασιαν, Φρυγιαντε και Παμφυλιαν, Ἀιγυπτου, και τα μερη της Λιβυης κατα την Κυρηνην, και οι επιδημουντες Ρωμαιοι, Ιουδαιοι τε και προσηλυτοι, κρητες και Αεθιοβες ἘΞΙΣΤΑΝΤΙΟ, και ἘΘΑΥΜΑΖΟΝ, και ΔΙΗΠΟΡΟΥΝ. Αἰ. II. 5, 7 — 12. quando *γενομενης της φωνης* (sc. tonitru) ita enim hanc vocem heic loci interpretandam puto, non *tumoris vel famae*, ut vulgo fit) συνηλθε το πληθος, και ΣΤΗΝΕΥΘΗ. v. 6. *Tum gloria templi posterioris superavit gloriam templi prioris, quando tanta tam diversarum nationum multitudo ingens illud miraculum, cui nulla aetas simile vel par tulit, in Apostolis tot tamque variis linguis magnalia Dei enarrantibus, in ipsa illa secunda aede vidit, mirata est, obstupuit.*

XXVIII.

Ad extremum tum suo quoque eventu comprobatum fuit, quod in nostro loco adjectum legitur v. 8. : *ובמקום הזה אתן שלום* Et in HOC IPSO LOCO dabo pacem. Sane Spiritus S. in IPSO ILLO LOCO, (sive per illum templum hoc, in cujus occupati erant exstructione, sive Hierosolymam, sive circumjacentem Judaeae regionem intelligas) comitem secum afferebat PACEM. Tum enim, cum compleretur dies Pentecostes, omnes erant *επισημαδων επι το αυτο* Αἰ. II. 1, 44. Deinde cum ecclesiae per totam Judaeam & Galilaeam & Samaritiam, (adeoque in illis locis, ad quae vaticinante Christo redierant) haberent PACEM, implebantur *συνωστεισθησιν* τῶν ἁγίων πνευματων Αἰ. IX. 31. Quod si autem cum quibusdam Judaeorum *כינת רוח הקדוש* velis distinguere, & per hunc intelligere donum prophetiae, ut à nonnullis factum est, & hoc tum temporis restitutum fuit. Sane, quando *επισημαδωνσαν* Πνευματων ἁγια, statim, instar prophetarum inceperunt aliis linguis loqui *τα μεγαλεια τα θεα, καθως το ΠΝΕΥΜΑ* *εδιδα αυτους αποφθεγγεσθαι* Αἰ. II. 4, 11. In ILLIS diebus impletum est, quod praedictum fuerat à Joele II. 28. *Εκχεω δσπο τῷ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ μου, και ΠΡΟΦΗΤΕΥΣΟΥΣΙΝ.* Αἰ. II. 16, 17, 18.

XXIX.

In primis notandus, & cum Haggaei loco contendendus est, ille qui legitur Αἰ. IV. 31, 32. *Cum orarent commotus est locus, in quo congregati erant; qui locus valde probabiliter fuit templum; adeoque ille, quem veluti digitis monstrabat suis divinus Vates;* במקום

הוּמ בַּמְקוֹם: & sic ad literam impletum est, quod fuerat prae-
dictum; *commotum iri terram*; ubi nota apud divum Paulum ist-
haec verba Haggaei allegantem ad Ebr. XII. 26, 27. eandem oc-
currere vocem *σαλευειν*, quae apud Lucam pariter legitur. Tunc
porro ἘΠΑΨΘΗΣΑΝ *ἀπαντες ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ἁΓΙΟΥ*, & sic tem-
plum, in quo una erant, PLENUM factum est gloria divina; se-
quitur porro; Του δε πληθους των πνευστων ην η καρδια, και η ψυχη
μια; Atque ita accidit illud, quod a Propheta pariter erat an-
nunciatum, *dabo in ILLO LOCO PACEM.*

XXX.

Sed subducamus rationes; Quum, si hoc oraculum Hag-
gaei interpretemur quoque de effusione Spiritus S. in templo il-
lustrem in modum futurâ, egregie id faciat ad orationis totius
scopum, cum ita *nexus* cum *praecedentibus* corroboretur pulcherri-
me, cum vis atque *emphasis* phrasium ita pateat, atque illustretur
insigniter, cum id rei ipsi valde conveniens sit, & ad eam
accommodatum, cum eo pacto incommodum *ταυτολογιας* prorsus
sustollatur, quod alias ex eadem re bis repetita, vix evitari pos-
se videbatur, cum proxime sequentia ita concordent suaviter,
cum denique rei eventus accurate ita vaticinio huic respondeat,
cum, inquam, haec omnia ita se habeant, quidni haud difficili se-
quelâ ex his omnibus eliciamus, *Haggaei vaticinium de SPIRITUS S.*
EFFUSIONE in die pentecostes facta quoque explicandum esse. *ὁπερ ἰδεε*
δειξαι.

XXXI.


Finem itaque scribendi faciam, ubi vel verbo indicavero,
mirificam huic Haggaei loco esse harmoniam cum non illustri mi-
nus oraculo, quod iisdem propemodum temporibus a D. pro-
nuntiatum est Malachia c. III. comm. primo. Instituiamus bre-
vem utriusque comparisonem. Malachias (N) meminit *עַם*
הַבְּרִית מְרֵאךְ הַבְּרִית. Angeli FOEDERIS, Noster autem vs. 5. memorat
Verbum, quod pepigerat foedus cum Israelitis, cum exirent ex Aegypto.
ILLE (ב) loquitur de illo, qui ab illis quaerebatur, (אֲשֶׁר אָתָּם
מִבְּקָשִׁים) spe nimirum, suspiriis, desideriiis, precibus, quoque di-
lectabantur, (אֲשֶׁר אָתָּם הַפְּצִים) hic illum vocat *חֲמַת כָּל הַגּוֹיִם*
Desiderium populorum. Utrobique (ג) fit hujus ADVENTUS mentio

3
34
33
32
31
30
29
28
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

VENIET enim ad templum. *VENIET* gentium desiderium. ILLE (7) eum nuntiat *venturum ad TEMPLUM* suum, hic cum ejus adventu conjunctam fore illius Templi gloriam, quae tanta futura erat, ut prioris templi gloria eâ esset obscuranda. Idque (7) ab utroque annuntiatur futurum CITO; Ille dicit id fore פתחם; *confestim, illico*; hic idem ait phrasi aliâ; עור אחת מעט היא; *adhuc unum modicum est*. Denique (1) auctor utriusque vaticinii (a) dicitur יְהוָה צְבָאוֹת, *Dominus exercituum*, qui titulus non parum facit ad certitudinem rei confirmandam; cum & indicet eum & VELLE, ut veracem, & POSSE, ut potentem, promissioni eventum praestare, quae quidem duo in primis requiruntur, si dictis tuis fidem conciliare velis. Nomen enim יְהוָה ad veracitatem Dei in promissionibus respicere equis ignorat? qui autem est צְבָאוֹת *exercituum Dominus*, ei satis oportet virium ac potentiae esse, ut, ea, quae vult, possit exequi.

Tantum!

(a) Certe ab Haggaeo hic titulus *sexies* repetitur, vii. 4, 6, 7, 8, 9. quod sane forte fortunâ & dicis tantum causa fieri quis dixerit? Immo, quis non inde colligit, singulare aliquid, atque omnium attentissimâ consideratione dignum heic proponi?



Annexa Respondentis.

I.

Existentiam Dei satis firmiter ex intuitu Macrocosmi & Microcosmi demonstrari, contendimus.

II.

Deum, quoad essentiam Immensum esse & omnipresentem, asserimus.

III.

Deus quoad Essentiam & Voluntatem Immutabilis est.

IV.

Justitiam Vindicatricem Deo esse Naturalem, affirmamus.

V.

Anima à Deo creantur, non verò per Traducem propagantur.

VI.

Statuere, Christum corporaliter in Eucharistiâ presentem esse, & ore corporis manducari, & sensibus, & rationi, & analogiæ fidei, & S. Scripturæ prorsus repugnat.

VII.

VII.

Φιλαντία non solum inter Virtutes recensenda est, sed & omnium virtu-
tum est radix & origo.

VIII.

Sed & eadem maximum est vitium.

IX.

Gratiam dari Universalem, negamus.

X.

Evangelium per Apostolos Americanis prædicatum, esse vero simile exer-
citiū causa defendemus.

XI.

At ab iis non fuisse iisdem prædicatum, seridò defendemus.

XII.

Immortalitas animæ ex lumine naturæ satis demonstrari potest.

XIII.

Papam foeminam sedisse in cathedra Romana nullo idoneo testimonio
eorum, qui per quatuor deinde secula vixerunt, demonstrari potest.

XIV.

Duæ hæc propositiones non inter se pugnant, sed conspirant amicissime.
Christus omnes redemit, & Christus paucos tantum redemit; &
Deus omnium misereri voluit, & Deus paucorum tantum mise-
reri voluit.

Sonnet.

Wunder/die kein Mensch genugsahm kan erwegen!
 Da Zorobabels **H**AUS ganz unansehnlich war/
 Und dieser Trauer-Blick Israëls Schmerz gebahr/
 Sprach **G**ott: Verzaget nicht; Ich selbst bin hier zugegen/
 Die Stunde komt herbey / darin ich will bewegen
 Den Himmel/ Erd' und Meer / sambt aller Heyden Schaar/
 Dann soll der Heyden **T**ROST sich endlich stellen dar/
 Der wird dis zweyte **H**AUS mit **H**ERRLICHKEIT belegen:
 Verblend'tes Juden-Volck: Wilt du dis recht versteh'n?
 Bemüh' dich diese Schrift gebührend einzuseh'n.

Hier

3
 34
 33
 32
 31
 30
 29
 28
 27
 26
 25
 24
 23
 22
 21
 20
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1

Hier ist ein SAMUEL / der wird dir klärlich zeigen/
 Eritst du verwoegen auff / und wirffst dawieder ein/
 Was deiner Fleisches Lust bequehmer dünckt zu seyn/
 Wird sein bered'ter Mund dich doch zur Warheit neigen.
 Hiermit hat dem Hn. Respondenten seine Schuldigkeit
 sollen abstatten

D. Jacobs, der Gottes-Gelehrtheit besfliffener/
 Bremensis.

VIX SAMUEL quondam votis à Numine nactus
 Atque pio voto modo sancto adstringitur ejus,
 Sic legere instituit SAMUEL vestigia NOSTER,
 Perpetuò Coeli sacraria mente revolvens,
 Pandere quæ quoque jam valido conamine tentat:
 Hinc igitur meritò votorum summa meorum:
 Ut velit ex adyto radios TIBI spargere Numen,
 Quò lucem PATRIÆ radiantem reddere possis.

*Hæcce ex animo, suo votet amico integerrimo
 Nobilissimo Respondenti S. SCHULTZ*

Just. Henr. Wetzel,
 S. S. Theol. St. Hassus.

Quam sterilis fuerit Primi olim GLORIA Templi,
 Atque Instaurati GLORIA quanta fiet,
 In Cathedrâ, SCHULTZENE, probas, & pandis apertè,
 Ingenii currant flumina quanta TUI:
 Perge ita, sic certè Studiorum culmina scandes,
 Atque hinc assurget GLORIA magna TIBI.

*Sic egregiis Doctissimi Domini Respondentis,
 amici in paucis primi conatibus
 applaudere voluit*

A. Wessels, S. S. Theol. St. Bremensf.

SCHULTZI, Pieriæ non ultima cura catervæ,
 Cui Deus Ingenii dona opulenta dedit;
 GLORIA dum Templi, TE defensore, Secundi
 Afferitur, crescit GLORIA multa TIBI;
 Sed, quid vana juvat perituraque GLORIA mundi,
 Ni cedat MAGNO GLORIA cuncta DEO?

Ergo

Ergo si quid habent veri præfagia mentis,
Sique venit votis aura secunda meis?

In *Templo DOMINI* stabis sublime columen,
Et surget per *TE GLORIA magna DEO.*

*Hæc Nobilissimo & Doctissimo Domino Defendenti
in perpetuam amicitia tesseram
reponere voluit & debuit*

Pet. de Hase, Lehâ - Bremensis, S.S.Theol.St.

*In Fratrem arctissimo amoris vinculo sibi conjunctum,
Dissertationis hujus Vindicem Felicissimum.*

Castalides resonos Citharæ nunc tangite nervos,
Carmina dulcisonis jungite læta tonis.

Ateneris toto Frater mihi pectore junctus.

Impiger en metam nunc tetigisse cupit.

Ignifer ut Titan tenebras noctemque repellit

Lampade collustrans ardua tecta Poli:

Sic Sol justitiæ Christus, cui sidera parent,

Quem cupiunt ortum Pectora Sancta diu,

Nascitur, & tenebris redimit mala tempora **TEMPLI;**

POSTREMÆ tribuit Lumina clara **DOMO:**

Namque Columba celer nunc **SPIRITUS** æthera linquit;

Et statuit **SANCTO** sistere tecta **LOCO.**

Hanc Tibi materiem calamo sic pandit **HASÆUS,**

Ut stupeas merito *Mentis & Artis opus.*

PRÆSIDE vel **TANTO** Frater simul arma capessit,

Arma quibus fortis pellere tela parat.

Est igitur, tacitum quod tentent gaudia pectus,

Exulet & quicquid tristia Fata ferunt.

Pergito sic **SAMUEL**, nam nunc Tua postulat ætas,

Hem fugiunt freno non remorante dies!

Perdus & pernox studiis incumbere tentes,

Cum studiis pietas sit sociata Tibi.

Sic poteris demum **SAMUELIS** nomine dici,

Et paries tandem gaudia multa **PATRI;**

Nec nos inter erit *Fratrum* sic gratia rara,

Fratribus, exemplar præficiendus eris.

Mi SAMUEL, tandem precor, ut MODERATOR OLYMPI,
(Qui SAMUELIS amans Duxque Comesque fuit,)
Se TIBI Ductorem jungat Comitemque perennem,
Ac TIBI calcandam detegat Ipse viam.

Calamo sic lufit agrefli
Frid. Arn. Schultz, S. S. Theol. Stud.
natu minor.

DUm, *Mi Præceptor*, Doctorum pulpita scandis,
Præclara Ingenii das documenta Tui:
Næ Charites plauus Musis præeuntibus edunt!
Præceptor, crescat GLORIA vasta TIBI.

*Hæcce Perdileto admodum studiorum suorum Moderatori
in devoti gratique animi ~~recurre~~ adjicere debuit*
Martinus Deetken, *Sec. Class. Discipulus.*

EY! waerde BROEDER zoo foeckt HEERLYK te bestryden
Hoe HEERLYCK zyn geweest des *tweeden Tempels* Tyden,
Als welcken Chriſtus heeft felvs met ſyn *Licht* beſtraelt,
Als van den Hemel hier de GEEST ook nederdaelt:

Dog doet het, waerde BROER, bid' ik tot *Godes Eeere!*
Want dus heeft SAMUEL VERHEERLIKT God den Heere,
Dies fal U ook altoos ontmoeten HEERLYCKHEYT,
Welk', zoo ſe niet alhier, daerbooven is bereyt!

*Hiermeede heeft ſynen waerden en ſeer teeder Beminden Broeder
ſyne opregtige Liefde betuygen ſullen*
Phil. Theod. Schultz, *Musis dicatus,*
jam apud Dn. Patrem degens, natu minimus.

SI dare ſic pergas operam, Doctiffime SCHULTZE,
Doctrinam CHRISTI tum ſtabilire ſcies:
Spes PATRIÆ, ſopes vivas vel Neſtoris annos,
Tempora contingant nubila nulla TIBI.


*Ea quæ Nobiliſſimo & Peramando ſuo Præceptoru Domesticu,
in debita obſervantiæ & amoris ſignum appoſuit*
Luderus Tidemannus, *Quart. Class. Discipulus.*


DOctrinâ quantum valeas, dum rumpis in Hoſtem,
Præceptor, monſtrat palma parata TIBI,
Gratulor en meritò toto vel corde Triumphum,
Et precor ut cedant dextera quæque TIBI.


*TIBI ita, Dilectiffime Mi Præceptor, Candidum meum affectum
& gratitudinem probare debui atque volui*
Johannes Meybohm, *Discipulus TUIUS.*


2. *Arn* in Job: 20. 44. 5.
3. *Ejusd* in Prov: 10. 18.
4. *Horck* in Canticum Cant.
5. *Osiander* de infelicitate impiorum.
6. *Fechtius* de generacōe Messiae aeterna.
7. *Meyer* in Palm: 6. 11.
8. *Thumacher* in Palm: 16. 5.
9. *Schram* ~~de~~ ad Palm: 16.
10. *Ejusd* ad Palm: 22.
11. *Sablonoski* in Palm: 40. 7.
12. *Jüngst* in Palm: 40. 7. 8.
13. *Sablonoski* de perfusione aurium.
14. *King* in Palm: 100.
15. *Schudt* de Regno Messiae.
16. *Ejusd* de Regno Messiae.
17. *Ejusd* de Regno Messiae.
18. *Campe* de Tentoris Kedar.
19. *Lampe* de Lilio Saronitico.
20. *Cremer* de Summa Sapientia.
21. *Michaelis* de Salomonis ad Laetitia exhortat.
22. *Witaloskius* ad Jes: 2. 22.
23. *Andreae* in Jes: 11. 4. 14.
24. *Meyer* in Jes: 26. 20.


Werenfels. in Des: 63. s. 9.
Halstgin Dan: XI. 37.
Havens in Hag: 7. 8.
Mundinus de Gloria t'pili Secundi.
Galdwing de mysterio Trinitatis.
Bilefeld de Jesu Xto.
Hachman de Messia ejusq' negotio.
Pürthler de Xti a'paritione in coelo.
Bramer de Filii Dri operatione.
Calixtus Fides Catholica.
Witsius in Synb: Aplicum.
Miege Theses Theolog: de nat: Xti.
Montag de Pseudodamo Socinianorum.











the scale towards document

idigentiam naturæ talem indicat, quæ
 te aut immortalitate ejusdem consistere
 est. Minor inde patescit, quoniam Ada-
 i Paradisiaci fuit a Deo commissa. Cæte-
 quoq; intemperie & impotentia appetitus
 tur esse argumento sufficientissimo, eam
 n defuisse. Resp. 1) ad Majorem ejus-
 nem distinguendo inter *passionem perfecti-*
m. Si tolerantia laboris nec non famis
 ne integro fuit passio corruptiva, tum
 inde ejusdem mortalitas. Ita vero ne-
 n. 2) Ad eandem porro Minorem dici-
 sitim actualem, & quidem talem, quæ
 & potus naturæ destructiva, in homine
 ro fuisse unde, quæso, probabunt? No-
 tertivi istud verbum: In homine eti-
 . Quod enim in probatione de appetitu
 kitur, id ad hominem non amplius in-
 jam labentem pertinet. Sin Majorem
 e & siti intellectam volunt, quatenus
 ; cibi ac potus naturalis, naturæq; per-
 quam destructivum *πάθημα*, tum eam
 omni prorsus jure ac merito explosum

Aliud profugium sibi quærun, cum dispu-
 non fuerat mansurus aeternum in horto Edenis,
 in aliam transferendus, & visione beatifica,
 Paradiso nondum affectus fuerat, demum do-
 nario fuerat moriendum, quantumvis imagi-
 ncorruptam, neq; perdidisset dominium origi-
 nus. Ergo. Consecutio Majoris videtur
): Siquidem primi Adami vita nondum
 tum animalis fuit, per eâ, quæ tradun-
 F tur